Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift



73

quia in hac nocte ante quam gallus can
tet ter me negabis. Ait illi petrus.
Etiam si oportuerit me mori tecum non
te negabo. Similiter & omnes discipu
li dixerunt. Tunc uenit ihs cum illis
in uillam que dicitur gethsamani.
Et dixit discipulis suis. Sedete hic donec
uadam illuc & orem. Et assumpto pe
tro & duobus filiis zebedei coepit con
tristari & mestus esse. Tunc ait illis.
Tristis est anima mea usque ad mortem.
Sustinete hic & uigilate mecum.
Et progressus pusillum cecidit in faciem
suam orans & dicens. Mi pater si possi
bile est transeat a me calix iste. Ve
rumtamen non sicut ego uolo sed sicut
tu. Et uenit ad discipulos & inuenit
eos dormientes. Et dicit petro. Sic,
non potuistis una hora uigilare mecum.